

ANNO 1748 / 08 / 22

**BULLA**

PRO SANCTA MARIA DE CATENA

BENEDICTUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

Ad perpetuam rei memoriam ad exequendum Apostolicae servitutis debitum intendentes , ministerii nostri operam libenter impendimus ut novi beneficiorum ecclesiasticorum Tituli ad divini cultus augumentum instituantur ac personae pietatis zelo et generis nobilitate praeditae , quae temporalia bona ad domus Dei decorem eorumdemque beneficiorum dotationem attribuunt, condignos favores et gratias sibi suisque descendantibus de Apostolicae sedis liberalitate recipient , prout conspicimus in Domino salubriter expedire ; Cum itaque, sicut acceptimus alias et postquam familia dilectae in Christo filiae Laurae Serra , modernae Ducissae Cassani, Statum seu ducatum Cassani jure emptionis acquisiverat *pro tempore existentes duces Cassani* praedictae Laurae progenitores sine cura Ecclesiam Sanctae Mariae de Catena prope et extra moenia Civitatis Cassanensis, Cassanensis diaecesis , quae minime collativa existit , non solum sacra, et pretiosa supellectili locupletaverint et instruxerint et pro eleganti illius structura , in qua de praesenti reperitur, eleemosinas forsan insigne contribuerint, sed etiam dictam sine cura Ecclesiam nonnullis redditibus dotaverint, et licet authentica concessionis et acquisitionis Iurispatronatus et aliorum infrascriptorum Iurium honorificorum documenta temporum injuria, et ob varios praedictae familiae casus de

perdita non apparent, nihilominus pro tempore existentes  
*Duces Cassani* ab annis sexaginta et ultra in quieta et pa-  
cifica possessione nedum *deputandi* Cappellatum sive Re-  
ctorem in dicta sine cura Ecclesia ad eorum nutum amovi-  
bilem assignato eidem annuo stipendio ex dictae sine cura  
Ecclesiae redditibus, cum onere tamen celebrandi, sive  
celebrari faciendi Missam qualibet die sabathi, necnon sin-  
gulis Beatae Mariae Virginis festis diebus ad altare ejus-  
dem Beatae Mariae Virginis in dicta sine cura Eccle-  
sia situm, verum etiam Bona et redditus dictae sine cura  
Ecclesiae administrandi ac eligendi et deputandi ministros  
etiam campestres, necnon exigendi ab eis redditionem  
rationis eorum administrationis hujusmodi, et redditus su-  
perextantes ultra Cappellani seu Rectoris praedicti, dic-  
taeque sine cura Ecclesiae manutentionem in ejusdem sine  
cura Ecclesiae commodum seu in ejus dotis augmentum  
applicandi et investiendi existerint, prout dicta Laura et  
dilectus etiam filius Iosephus Maria etiam Serra uti prae-  
dictae Laurae vir de praesenti existunt, cumque sicut e-  
tiam accepimus, dicta sine cura Ecclesia ob aedificiorum  
suorum elegantiam, sacrarumque supellectilium copiam,  
ceteras civitatis Cassanensis ecclesias pulchritudine ante-  
cellat, illiusque redditus, et proventus, etiam deductis  
omnibus illius oneribus propter vigilem piamque pro tem-  
pore existentiam Cassani Ducum curam et administra-  
tionem ad centum ducatorum circiter monetae Regni Nea-  
politani annualim ascendant, ipsa vero Laura amplio-  
ribus dictae sine cura Ecclesiae profectibus divinique cul-  
tus in ea incremento ex pio devotionis affectu prospicere  
studens, ipsamque sine cura Ecclesiam in titulum colla-  
tivum perpetuum erigi, novumque Iuspatronatus et praes-  
entandi ad illam sibi et Iosepho Mariae praedicto, suis.

que heredibus et successoribus , ut infra reservari , a-  
liaque infrascripta per Nos et Sedem Apostolicam fieri ,  
concedi et indulgeri summopere cupiens , de ejus propriis  
patrimonialibus et mere laicalibus bonis Bona seu ca-  
pitalia ab omni et quocumque onere , fidei commisso , cen-  
su , canone , caducitate , hypotheca , ac aliis in omnibus  
et per omnia et omnino quoad omnia libera , immunia et  
exempla valoris in proprietate quatuor millium ducato-  
rum monetae Regni praefati , annui vero redditus centum  
viginti et trium ultra ducatorum monetae hujusmodi in  
augmentum dotis ejusdem sine cura Ecclesiae in titulum  
eollativum et perpetuum ut infra erigendae perpetuo do-  
nare , concedere et assignare proponat et parata existat .  
Nos igitur piis dictae Laurae votis in praemissis benigne  
annuere eique specialem gratiam facere volentes dictam-  
que Lauram a quibusvis excommunicationis et interdicti a-  
liisque ecclesiasticis sententiis , censuris , et poenis a Iure  
vel ab homine quavis occasione vel causa latis , si qui-  
bus quomodalibet innodata existit , ad effectum praesen-  
tium tantum consequendum harum serie absolventes et  
absolutam fore censemtes , Motu prorio , non ad ejusdem  
Laurae , seu alterius Nobis super hoc oblatae petitionis  
instantiam , sed ex certa scientia , meraque deliberatio-  
ne nostra deque Apostolicae potestatis plenitudine dictam  
sine cura Ecclesiam in titulum collativum perpetuum *pro*  
*uno Clerico seu Presbytero* de praedictae Laurae familia  
et ab eadem Laura per lineam rectam masculinam , li-  
neaque recta masculina hujusmodi deficiente , per lineam  
rectam femininam discidente futuro ejusdem sine cura  
*Ecclesiae Rectore* , et a dicta *Laura et Iosepho Maria*  
*praedictis* , dictaeque *Luurae in temporali dominio Sta-*  
*tus seu Ducatus Cassani successoribus pro tempore exi-*

*stentibus*, dummodo sint ex discendentibus masculis per lineam masculinam , et hac deficiente , per lineam femininam ejusdem Laurae, et in utriusque lineae hujusmodi defectum , ab ultimi discendentis masculi ex linea feminina heredibus et successoribus, ad illam pro tempore vacantem ut infra praesentando et in ea ad praesentationem hujusmodi etiam ut infra instituendo , cui Missam qualibet die Sabathi necnon singulis Beatae Mariae Virginis festis diebus , ad praedictum altare Beatae Mariae Virginis ipsius sine cura Ecclesiae celebrandi, sive celebrari faciendi onus incumbat, quique omnia e singula ipsius sine cura Ecclesiae onere et obsequia hactenus per illius Rectorem amovibilem supportari et prestari consueta , supportare et prestare omnino debeat , et teneatur , A. apostolica actoritate perpetuo erigimus et instituimus, eidemque sine cura Ecclesiae in titulum collativum, atque perpetuum per Nos ut praeeiditur erectae et institutae pro illius dote illamque pro tempore obvenientis congrua substantiatione, onerumque praedictorum supportatione praeter bona, fructus, redditus et proventus, jura, obventiones et emolumenta universa ad illam nunc quomodolibet spectantia, omnia et singula bona et capitalia per dictam Laura in augmentum dotis jusmodi ut praedicitur, donanda et assignanda ex nunc videlicet pro tunc postquam tamen illa donata et assignata fuerint , ita quod liceat futuro ipsius sine cura Ecclesiae in titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae Rectori omnium et singulorum tam ad dictam sine cura Ecclesiam in titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectam et institutam nunc spectantium, quam a predicta Laura , ut praedicitur , donandorum , et assignandorum bonorum et capitalium hujusmodi , veram

realem, actualem, corporalem positionem per se vel a-  
lium, seu alios, ejus nomine, propria auctoritate, libere  
apprehendere et apprehensam perpetuo retinere, omni-  
busque et singulis dictae sine cura Ecclesiae in titulum  
collativum et perpetuum per Nos, ut praedicitur, erectae  
et institutae, per eum debite supportatis oneribus, fructus,  
redditus, et proventus, jura, obventiones et emolumenta  
universa ex eis provenientia quaecumque, exigere, percipi-  
re, levare, locare, dislocare ac in suos usus, et utili-  
tatem convertere Diocesani Loci, vel cujusvis alterius  
licentia desuper minime requisita, eadem Apostolica auc-  
toritate etiam perpetuo applicamus et appropriamus. Porro  
pro majori ejusdem sine cura Ecclesiae in titulum collat-  
tivum et perpetuum per Nos, ut praedicitur erectae et  
institutae, illamque pro tempore obvenientis honorificen-  
tia ut ipsa sine cura Ecclesia in titulum collativum et  
perpetuum per Nos ut praedicitur erecta et instituta de  
cetero perpetuis futuris temporibus Abbatia, ac futurus illius  
Rector pro tempore existens Abbas respective denomi-  
nentur et nuncupentur, ita quod ille in quibusvis actibus,  
instrumentis, subscriptionibus, aliisque scripturis, tam  
publicis, quam privatis, Abbas Sanctae Mariae de Ca-  
tene inscribi, nuncupari et reputari debeat, omnibusque  
honoribus, praeminentiis, praerogativis et facultatibus  
quibus similes Abbates Titulares fruuntur, potiuntur,  
et gaudent, etiam ipse frui, potiri et gaudere libere et  
licite possit, et valeat, Apostolica Auctoritate praedicta  
similiter perpetuo concedimus, et indulgemus; ac  
insuper firmo remanente jurepatronatus honorifico in  
dicta sine cura Ecclesia in titulum collativum et perpe-  
tuum per Nos ut praedicitur erecta et instituta, ejusdem  
Laurae familiae praedictae saltem in vim dictae pacificae

possessionis competente itidem , ex num pro tunc , postquam tamen praedicta bona et capitalia per ipsam Lauram in augmentum dotis hujusmodi, ut praedicitur, donanda et assignanda vere , realiter et cum effectu donata et assignata fuerint , ut praedicitur , et non alias *Laurae et Iosepho Mariae praedictis , dictaeque Laurae in temporali dominio praedicti Status, seu Ducatus Cassani successoribus praedictis*, dummodo sint discendentés masculi per lineam masculinam , et hac deficiente , per lineam femininam ejusdem Laurae et in utriusque lineae hujusmodi defectum , ex ultimi discendentis masculi ex linea feminina haeredibus et successoribus, novum ex integro jupatronatus et presentandi ad dictam sine cura Ecclesiam in Titulum collativum et perpetuum per Nos, ut praedicitur, erectam et institutam quandocumque et quotiescumque illam de cetero quovis modo et ex cuiusvis persona etiam Nostri, et Romani Pontificis pro tempore existentis , seu cuiusvis Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinalis etiam nunc viventis familiaris et continui commensalis , seu Romanae Curiae officialis aut aliis quomodolibet reservationem et affectionem inducentes seu per liberam etiam ex causa permutationis resignationem de illa in Romana Curia praedicta etiam in nostris , et Romani Pontificis pro tempore existentis manibus vel extra eam quomodolibet factam et admissam aut assegnationem alterius beneficii Ecclesiastici quavis auctoritate collati seu illam pro tempore obvenientis etiam in aliquo ex mensibus Sedi Apostolicae praedictae reservatis decessum , vel quamvis aliam dimissionem , amissionem , privationem , religionis ingressum et professionis in ea emissionem, matrimonii contractum aut aliis, quomodocumque et qualitercumque, etiam per obitum, apud

Sedem apostolicam praedictam vacare contingit, *personam idoneam* de dictae Laurae familiae et ab eadem Laura per lineam rectam descendenter coram Nobis, et Romano Pontifice pro tempore existente in vacationibus apud sedem praedictam, in aliis vero dictae sine cura Ecclesiae in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae, extra Romanam Curiam praedictam pro tempore occurrentibus vacationibus, coram Ordinario loci in ea ad praeresentationem hujusmodi per Nos, et Romanum Pontificem pro tempore existentem, ac per eundem Loci Ordinarium respective instantem eadem Apostolica Auctoritate similiter perpetuo reservamus, concedimus et assignamus; ita tamen ut occurrente pro tempore dictae sine cura Ecclesiae in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae apud Sedem Apostolicam praedictam quomodo vacatione, praesentatio personae idoneae ac ut praedicitur debite qualificatae coram Nobis et Romano Pontifice pro tempore existente per ipsius sine cura Ecclesiae in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae Patronum etiam pro tempore existentem omnino fieri debeat, et sic coram Nobis, seu Romano Pontifice pro tempore existente, ut praedicitur, presentatus, non nisi vigore litterarum Apostolicarum desuper expediendarum ejusdem sine cura Ecclesiae in titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae possessionem capere possit; alioquin praesentatio aliter quam ut praedicitur facta; et possessio ejusdem sine cura Ecclesiae in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae etiam alias quam ut praedicitur capta, indeque sequuta, et sequenda quaecumque nulla, irrita, et invalida, nulliusque

roboris , vel momenti existant ; ipseque praesentatus ad restitutionem omnium fructuum, reddituum , et provventuum, per eum ex dicta sine cura Ecclesia in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erecta et instituta perceptorum omnino teneatur ; eademque sine cura Ecclesia in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erecta, et instituta pro ea vice alteri Clerico seu Prosbytero ut praedicitur debite qualificato per Nos et Sedem praedictam tantum libere conferri possit, dictumque juspatronatus et presentandi hujusmodi vere laicorum existere, ac Laurae et Iosepho Mariae praedictis dictaeque Laurae discendentibus, ac respective haeribus et successoribus praedictis non ex privilegio Apostolico, sed ex vera, primitiva, reali, actuali, integra et omnimoda fundatione et perpetua dotazione ex bonis mere laicalibus factis competere , illudque vim , effectum , naturam, substantiam, qualitatem, validitatem, et roboris firmitatem jurispatronatus vere et proprie laicalis habere, et obtinere, ac uti tale sub derogatione jurispatronatus ex privilegio Apostolico acquisiti non comprehendendi , neque illi ullo unquam tempore, et ex quavis causa derogari posse , neque debere ; ac collationem , provisionem et quasvis alias dispositiones de dicta sine cura Ecclesia in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erecta et insistita in alterius, quam a praedicta Laura per lineam reciam descendenter personae favorem et absque Laurae et Iosephi Mariae praedictorum dictaeque Laurae discendentium respective haerendum et successorum praedictorum consensu , seu presentatione etiam per Nos et Sedem Apostolicam praedictam cum speciali et expressa derogatione jurispatronatus hujusmodi factas , processusque desuper habentes et inde sequuta

quaecumque , nulla , et invalida , nulliusque roboris , vel momenti fore et esse , ac pro nullis et infectis haberi , nec jus , aut coloratum titulum possidenti cuiquam per illa tribui , vel a quoquam acquiri posse ; demum *Laurae et Iosepho Mariae praedictis eorumque in dominto temporali Ducatus Cassani hujusmodi successoribus* , quatenus de ipsius Laurae descendentia existant , sin autem ejusdem Laurae descenditibus futuris pro tempore dictae sine cura Ecclesiae in titulum collativum et perpetuum per Nos ut praediciur erectae , et institutae Patronis praedictis , ut ipsi in eventum in quem , occurrente pro tempore dictae sine cura Ecclesiae in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae vecatione , *Clericus seu Presbyter de dicta familia et ex linea recta dictae Laurae ut praedicitur descendens aliquando non reperiatur , qui ad dictam sine cura Ecclesiam in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectam et institutam , praesentari queat presbyterum extraneum ad pro tempore existentis dictae sine cura Ecclesiae in titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae Patroni nutum amovibilem , qui Missas , aliaque ipsius sine cura Ecclesiae in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae onera adempleat , cum omnium fructuum , reddituum et proventuum praedictorum ; vel partis eorum , prout Patrono tunc existenti magis bene visum fuerit , assignatione , deputare libere , et licite possint , et valeant . Ita quod in eventum hujusmodi dictae sine cura Ecclesiae in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae , vacatio , inconsumpta remaneat , tempusque Patronis Laicis ad praesentandum a jure prefixum , Laurae et Iosepho Ma-*

riae praedictis, dictaeque Laurae descendantibus haeredibus, et successoribus praedictis tamdiu Apostolica Auctoritate praedicta prorogatum existat et censeatur quamdiu *Clericus* de ipsius familia et ab eadem Laura per lineam rectam ut praedicitur descendens non existat, qui ad dictam sine cura Ecclesiam in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectam et institutam, presentari valeat; quodque dictae sine cura Ecclesiae in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae fructus, redditus et provventus interim decurrenti, quique deductis necessariis expensis, dictique Presbyteri pro ademplemento onerum hujusmodi ut praedicitur deputandi manutentione super fuerint in commodum ejusdem sine cura Ecclesiae in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae, seu in illius dotis augumentum cedere debeat. — Proviso quod interim dicta sine cura Ecclesia in Titulum collativum et perpetuum per Nos ut praedicitur erecta et instituta debitibus propterea non fraudetur obsequiis, sed ejus congrue supportentur onera consueta, eadem Apostolica auctoritate pariter perpetuo concedimus et indulgemus. Presentes quoque litteras nullo unquam tempore de surreptionis vel obreptionis, aut nullitatis vitio, seu intentionis nostrae, vel alio quovis defectu notari, impugnari, invalidari, in jus vel controversiam vocari, aut adversus illas quocumque juris, vel facti aut gratiae remedium impetrari posse, nec illas sub quibusvis, similium vel dissimilium gratiarum, revocationibus, suspensionibus, limitationibus, derogationibus, aut aliis contrariis dispositionibus, per Nos et sedem Apostolicam preadictam sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis clausulis et decretis etiam motu proprio, et ex certa scien-

tia ac de apostolicae potestatis plenitudine, etiam concistorialiter pro tempore factis et faciendis comprehendendi, vel confundi, sed semper ab illis excipi, et quoties illae emanabunt, toties in pristinum et validissimum statum restitutas, repositas, et plenarie reintegratas, ac de novo etiam sub quacumque posteriori data per Lauram, et Josephum Mariam, dictaeque Laurae descendentes, haeredes et successores praedictos, quandocumque eligenda, concessas validas et efficaces esse et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et obtainere, et ita per quoscumque judices ordinarios, vel delagatos, etiam causarum Palatii Apostolici nostri auditores, dictaeque Sanctae Romanae Ecclesiae Cardinales, etiam de latere Legatos, Vicelegatos, dictaeque Sedes Nuncios judicari et definiri; debere et si suus super his a quoquam, quavis auctoritate scienter vel ignoranter contingere attentari, irritum et inane decernimus. Non obstantibus constitutionibus et ordinationibus Apostolicis, privilegiis quoque, indultis et litteris Apostolicis; quibusvis superioribus, et personis, sub quibuscumque tenoribus et formis, ac cum quibusvis, etiam derogatoriarnm derogatoriis, aliisque efficacioribus, efficacissimis, et fortioribus clausulis, ac etiam irritantibus, et aliis decretis in contrarium quomodolibet factis, concessis, approbatis, et innovatis, quibus omnibus et singulis etiam si de illis eorumque totis tenoribus, specialis, specifica, expressa, et individua, ac de verbo ad verbum, non autem per clausulos generales idem importantes mentione, seu quaevis alia expressio habenda aut quacumque alia exquisita forma ad hoc servanda foret illorum omnium et singulorum tenores eisdem praesentibus pro plene et sufficienti expressis, ac de verbo ad verbum insertis habentes illis alias in suo robore permansuris, ad praemis-

sorum omnium et singulorum validissimum effectum, hac vice dumtaxat, latius, ac plenissime, ac specialiter et expresse, Nostra scientia, et potestatis plenitudine similibus harum serie derogamus, contrariis quibuscumque; volumus autem quod praesens gratia suorum non sortiatur effectum nisi post quam bona, seu capitalia, ab omnione, censu, canone, hypotheca, caducitate et fideicomisso prorsus libere ac valoris, annuique redditus praedictorum in dictae, sine cura Ecclesiae in titulum collatum et perpetuum per Nos ut praedicitur erectae et institutae dotis augmentum, a praedicta Laura vere rea-liter et cum effectu, coram venerabile fratre nostro Episcopo Cassanense, sive dilecto pariter filio ejus Vicario in spiritualibus Generali assignati fuerint et non alias. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostrae absolutionis, erectionis, institutionis, applicationis, appropriationis, concessionis, indulti, reservationis, assignationis, decreti, et voluntatis, infrangere, vel in ausu temerario contraire; si quis autem hoc attentre praesumperit, indignationem Omnipotentis Dei, ac Beatorum Petri et Paoli Apostolorum ejus se noverit incursum: datum Romae apud Sanctam Mariam Majorem anno Incarnationis Domini millesimo septingentesimo quadragesimo octavo, undecimo kalendas Septembbris, Pontiffcatus nostri anno nono.

Adest sigillum plumbeum pendens ex chordula serica rubei croceique caloris habens ex una facie S. P. et capita SS. Apostolorum Petri et Pauli ex altera — Benedictus Papa XIV.